


Vol. 33.







DISSERTATIO HISTORICA
DE
SOLVTIONE VINCVLI,
QVOD OLIM FVIT
INTER
SACRVM ROMANVM IMPERIUM
ET
HELVETIAM

QVAM
RECTORE VNIVERSITATIS EBERHARDINÆ CAROLINÆ
MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO DVCE ATQVE DOMINO
DOMINO

CAROLO
DVCE WIRTEMBERGIÆ ET TECCIÆ REGNANTE
PRÆSIDE
LVDOV. JOSEPHO UHLAND

HISTORiarVM PROFESSORE PVBL. ORD. ET ILLVSTRIS
STIPENDII THEOLOGICI EPHORO

PRO RITE OBTINENDO
GRADV MAGISTERII PHILOSOPHICI
DIE AVG. 1775.

PVBLICE DEFENDET
AVCTOR RESPONDENS
JOANNES GEORGIVS HUTTEN
KIRCHO-TECC.

SERENISSIMI STIPENDIARIVS ET LAVREÆ SECVNDÆ CANDIDATVS.

TUBINGÆ TYPIS REISIL.

DISSERTATIO HISTORICA

DE

SOLUTIONE VINCVL

QVOD OLI M FVIT

INTER

SACRYM ROMANVM IMPERIVM

ET

HELIVETIAM

QVAM

RECTORI VNIVERSITATIS ABBATIS MONASTII CAROLINI

IN ACADEMIA VINDOBONENSIS

PERMISSISSIMO DICE TORO DOMINO

DOMINO

CAROLO

FACE MERITO MERITO ET MERITO

PERMISSISSIMO

EVBOV. JOSEPHO ULLAND

HISTORIARVM ET ANTIQVITATVM

PROFESSORIS

PROFESSORIS

GRADV MAGISTERII PH.D. OBTINUIT

ANNO 1788

IN ACADEMIA VINDOBONENSIS

IOANNES GEORGIVS BUTTEN

RECTOR

PERMISSISSIMO DICE TORO

TRINQUE TYPIS





Historia Imperii Romano-Germanici præter alias præsertim etiam hanc ob causam est difficillima, quod ad eam plene addiscendam historia tot tantarumque civitatum, quæ pristinis temporibus cum eo conjunctæ fuerunt, nunc autem ab eo divulsa sunt, maxime est necessaria. Prodierunt quidem jam, ad istas difficultates diminuendas tollendasque, haud pauca subsidia: Sic MASCОВIUS *nexum regni Burgundici cum Imperio Romano-Germanico* in dissertatione, quarta vice anno 1752 edita; FRID. AUG. DE LEITZSCH *nexum regni Lotharingiæ* in dissertatione, tertia vice anno 1748 edita; & JOH. DE MEERMANN priori anno *solutionum vinculi, quod olim fuit inter Sacrum Romanum Imperium & Federati Belgii res publicas* in dissertatione Lugduni Batavorum an. 1774 edita, maxima cum diligentia inquisiverunt. Multa tamen adhuc restant, quæ ulteriorem illustrationem requirere videntur, ea præcipue, quæ ad Italicas res publicas spectant.



Equidem in studio historiae Germanicae semper nexum illarum civitatum, ab Imperio nunc disjunctarum, & vel aliis principibus subjectarum, vel suis legibus institutisque florentium, singulari attentione dignum censui: Et ex hoc fonte hæc, quam nunc proposui, promanavit exercitatio historica de vinculo Helvetiae cum Imperio Romano-Germanico, ejusque dissolutione. Aliorum jam est judicare, quantum meus labor ad illustrationem hujus thematis faciat, siquidem accuratiore disquisitione virorum, in hac eruditionis parte versatissimorum dignus esse videatur.

§. I.

Cum de vinculo, quod olim inter Imperium Germanicum & Helvetiam fuit, ejusque dissolutione mihi sit differendum, ab isto tempore ordiendum mihi videtur, quo Germania a regno Francorum, de quo ætate Caroli M. & Ludovici Pii pependit, fuit separata; Hoc autem per pactum istud Verodunense, anno 843 a filiis Ludovici Pii, Lothario, Ludovico & Carolo institutum, contigisse, satis constat, & ex historicis monumentis patet, quorum testimonia post Conringium de Germanorum Imperio Romano, & Schurzleischium de divisione Imperii Carolini prolixius ut allegem, non opus esse censeo.

§. II.

Quod ad Helvetiam attinet, hæc ipsa tum temporis in duas partes fuit divisa, quarum altera, Alemannica sive septen-

ptentrionalis dicta, ad Ludovicum Germanicum, altera, Burgundiæ five meridionalis, ad Lotharium I. Imperatorem per venit. (*)

§. III.

Pars ista Alemannica semper Regibus & Imperatoribus Carolingicis fuit subiecta, uti & illis, qui post hos imperium susceperunt. Anno 870 aliæ etiam regiones Helvetiæ cum ea conjunctæ sunt, cum Ludovicus Germanicus & Carolus Calvus regnum Lotharingicum, quod terras inter Neustriam & Germaniam sitas continuit, dividerent. Mortuo Ludovico Germanico, quædam regiones Helvetiæ ad Ludovicum II, plures autem ad Carolum Crassum pervenerunt. Cum deinde variæ turbæ in regnis Carolingicis per irruptiones exterarum gentium, diffidia re-

A 3

gum

(*) Clarius fines utriusque partis Helvetiæ perspiciuntur ex Stumpfii Eidg. Chron. l. IV. c. 31. cujus verba hæc sunt: "König Ludwig von Germanien und Bayern zum Teil ward Teutschland, samt einem Teil des Rheinstroms, und dem Bodensee, auch ward ihm die ober-Helvetia, als Turgow und Zürichgow, sampt der obern Verwaltung des Fürstenthums Alemannia: Wie dann die Stiftung des Frauenmünsters Zürich und der Probsthey Lucern eigentlich zugehend — Lothario aber dem Keyser ward Lothringen und die Land zwischen dem Rheyntischen Gebirg und der Mosa, und darzu die unter Helvetia, das kleiner Burgund zwischen dem Lüberberg und S. Bernhardsberg, Genf und der Ruis &c. Davumb habend nach diser letzten Teilung und Ausmusterung Caroli Calvi in Helvetischen Landen, beider Brüderu Gebier — an dem Fluß Ruis zesammen gestossen: also daß König Ludwig Lucern und den Teil gegen Aufgang, Keiser Lotharius aber den Teil gegen Nidergang innehalten habend. Sölichs wirdt vermerkt auß den Gestiftsbriefsen den Probsthey Lucern, da Ludewicus die Stiftung der Fürsten vom Albis her bewilliger und bestäriger, dargegen Lotharius sein Bruder auß der andern Seiten von der Emmat bereyn mit solchen Güterren das bemelt Gestift begauber."



gum Francicorum, & crescentem potestatem Pontificum Romanorum, ducum aliorumque nobilium, existerent; & jam *Boso* sibi regnum, quod dicitur Burgundicum Cisjuranum sive Provinciae, parasset, ordinibus eum anno 879 confirmantibus, etiam *Rudolphus*, regnum Burgundicum Transjuranum anno 888 constituens, multas regiones ad suam potestatem redegit, quae post divisionem illam primam ad partem Alemannicam pervenerunt. Quam late vero fines hujus regni, a *Rudolpho* erecti, versus Helvetiam Alemannicam usque ad annum 1032, patuerint, infra accuratius inquiremus.

§. IV.

Ea huc adjicienda puto, quae ad statum *Helvetiae Alemannicae* in hac periodo, §. antec. descripta, & ad an. 1032 corrente, accuratius cognoscendam pertinent, & his annotationibus continentur.

I. Jam his temporibus deprehendimus plures comites, dynastas, aliosque nobiles, in ista parte Helvetiae. cf. *HERGOTTI Geneal. Habsb. Vol. I. In Proleg. VI.* Ad an. 857 *Stumpfius in der Eidg. Chron.* l. c. mentionem facit *Anselmi*, Comitis Turgoviae; ad annum 876. *Adelberti*, uti & *Geroldi* Comitis in pago Turicensi: Ineunte seculo undecimo *Wernherus*, Comes de Kiburg, *Ernestum*, Ducem Sueviae & Alemanniae adversus *Conradum II.* adjuvat, uti apparet ex chronico *Stumpfii* & *Tschudii*.

II. Etiam Monasteria, & Ecclesiae multis jam gaudebant possessionibus: Sic Vallis Claronae ad monasterium *Seckingen* spectabat, uti ex literis, a *Tschudio* ad an. 1029. allatis, apparet.

III. Iis

III. Iis temporibus nuncii Camerae, post illos autem Duces Alemanniae & Sueviae, utrique parti laeus Bodamici nomine Imperii praefuerunt, uti Stumpfius ad an. 893. l. IV. c. 33. de Berchtoldo & Erchingero refert, quibus iussu Conradi I. an. 917 decollatis, Burkhardus I. Dux Alemanniae & Sueviae creatus est, (conf. Masov. de instaurato ducatu Sueviae sub Conrado I. in adnot. 3. p. 7. ad res Conradi I.) qui ad an. 919. Rudolphum, regem Burgundiae ex finibus Helvetiae Alemannicae depulit, cf. Stumpf. L. VI. c. 15. Adjicio verba Stumpfii l. IV. c. 38. occurrentia: „ Aus welchem erlernet wird, das die Alemannischen und Schwäbischen Herzogen noch dieser Zeit die Alemannisch Helvetiam, Turgow und Zürichgow, zum Teil beherrschen haben. „ Etiam determinationes istae in diplomatibus Helveticis, si gubernationis ducum Alemannicorum fit mentio, multum mihi demonstrare videntur, id quod ex gr. deprehendimus in litteris Seconiensibus jam citatis n. 2. ubi haec exstant verba: „ Providente Sedem Apostolicam Johanne Papa vicesimo, Regnante Chunrado Imperatore, Warmanno tum Ecclesiae Constantiensis Episcopo, & Ernesto Alemannorum Duce inclito.

IV. Omnia vero summa jura Imperatorem in his regionibus exercuisse, varia adsunt documenta ex historia monasteriorum San-Gallensis & Fabariensis, Einsidlensis, aliorumque, quorum privilegia & possessiones non solum confirmarunt Imperatores, sed & Abbates constituerunt, eorumque & monachorum mores inquisiverunt. cf. Stumpfii Chron. l. IV. c. 38. Item jam Carolus Crassus urbi Turicensi jus monetas cudendi tribuisse perhibetur a Stumpfio l. VI. c. 14. Etiam Otto M. privilegia ipsi contulit. l. c. c. 15. Ludovicus II. pagum Uraniae monasterio Turicensi anno 856 donavit; Ea denique, quae

quæ Conradus II. in Wernherum de Kiburg egit, fatis hæc illustrare possunt.

§. V.

Pergimus ad Helveriam Burgundicam. Jam ex §. 3. patet, sub Carolingicis eam stetit, usque dum Rudolphus ille, ex genere Welforum ortus, sibi regiam potestatem in ista paraverit. Differunt scriptores in recensendis fatis illius, cum alii contendant, eum ab Arnulpho Imp. a. 888 devictum, & ad potestatem Imperatoriam colendam coactum fuisse. Alii vero negant. Conferri potest de hac re *Masiivius* in diss. de nexu regni Burgundici cum J. R. G. Sect. I. §. 7. & 14.

§. VI.

Rudolpho huic successit filius, Rudolphus II. anno 911. Conjux ejus erat filia Burkhardi Ducis Sueviæ, de quo jam §. antecedente n. 3. diximus. Regnum Provinciæ cum Burgundia Transjurana conjunxit anno 930, per pactum, quod cum Hugone de regno Italiæ inivit. Fines regni sui ulterius dilataturus, ab Henrico I. Aucupe jam anno 931 reprimebatur. Conventui Henrici cum Rudolpho, Rege Galliæ anno 935 ipse interfuit, sacramque lanceam Constantini M. Henrico dedit, vicissim ab illo variis muneribus, & parte Alemannicarum provinciarum honoratus. Hinc Rudolphum se Regem Provinciæ, Alemanniæ & Burgundiæ appellasse perhibent. Alii negant hanc donationem, aliamque causam istius tituli in cognatione Rudolphi cum Duce Sueviæ seu Alemanniæ quærent. Moritur Rudolphus anno 937 relicto filio Conrado, qui regnum in se fuscipit.

§. VII.



§. VII.

Regnavit hic *Conradus* ab anno 937 ad annum 993. Per aetatem pupillarem in tutela *Ortonis M. Imp.* fuit, cujus expeditionibus & itineribus etiam semper interfuit. Mortuo *Conrado*, *Rudolphus III. Rex* evadit, qui vulgo ignavus, a monachis autem pius est cognominatus. Proceres regni eum parum sunt reveriti. Causa ex jam dictis agnominibus satis patet. Hinc quære auxilium a principe potentiore, scilicet ab *Henrico II. Imp.* coactus est; & ut eo magis illum ad se regnumque suum tutandum alliceret, pactum an. 1016 *Argentorati* cum eo iniit, quo eum successorem in regno *Burgundiæ* designavit. Renovatum fuit hoc pactum anno 1018 *Moguntia*, & *Henrico* tradebatur corona & sceptrum. Cum vero *Henricus* anno 1024 morte decederet, & *Conradus Salicus*, qua successor *Henrici*, confirmationem pactorum, quæ cum *Henrico* *Rudolphus* de successione regni *Burgundici* iniisset, quæreret, repugnare videbatur *Rex Burgundiæ*; at *Conradus* nihil cedens, statim in *Basilea* jus summum exercuit, ulteriusque fuisset progressus, nisi *Gisela*, conjux, eum avocasset. Tandem vero *Rudolphus Imperatori Basileæ* anno 1027 satisfecit, eique successorem confirmavit: Id quod etiam evenit anno 1032, quo *Rudolphus* *Conrado* regalia insignia ad eum successorem constituendum moribundus tradidit. Ipse *Conradus* anno 1033 *Burgundiam* profectus, solenniter *Rex* fuit declaratus: Quo facto præter alias provincias etiam *Burgundica Helvetia* ad Imperium rediit.

§. VIII.

Huic historiae regni *Burgundici* sequentes annotationes adjungimus:

B

I. *Masco-*



I. *Mascovius* omnem nexum feudalem illius cum Imperio rejicit, uti jam diximus. Vix tamen credere possum, omnia historica monumenta, quæ habemus, aut falsa, aut nimis obscura, aut aliter intelligenda esse. *Arnolphus* quidem potestatem imperatoriam in *Rudolphum* I. exercere tentavit, at nihil profecit, neque eum, in locis montosis absconditum, ejicere potuit, non quidem opibus, ad eum subigendum sufficientibus, carens, cum ipsi Galli non nisi cum consensu *Arnolphi* regem *Odonem* constituerint, sed aliis hostibus ubique locorum circumventus, & majoribus expeditionibus impeditus. Jam *Arnolphi* temporibus, magis autem *Ludovici Infantis*, tot nascuntur in Imperio perturbationes, ut nec *Conradus* I. jura sua in *Burgundia Helvetica* exigere possit. Ætate *Henrici Aucupis* jam deprehendimus quædam vestigia potestatis Imperatoriæ, plura & luculentiora autem ætate *Otonis M. de quo Wittichindus* l. II. pag. 649: *Rex autem de die in diem proficiens, paterno regno nequaquam est contentus, sed abiit Burgundiam, regem cum regno in suam accepit potestatem.* Verba hæc certe non de tutela ista *Conradi* sola possunt intelligi. *Mascovius* quidem illa, uti & verba *Frodoardi*, quæ allegat, obscura esse contendit, quæ aliam quoque explicationem facile admittant, & clariora argumenta desiderat, ubi de libertate aut servitute populorum agatur. At, me iudice, eadem *Otto* in *Burgundia* egit, quæ antea *Henricus Auceps* in *Lotharingia* egit: & cum *Conradus Ottoni* in omnibus expeditionibus bellicis adfuerit, nihil dubii mihi restare videtur. Interim omnia jura per pacta inter *Rudolphum III* & *Henricum II Conradumque II. Imp.* ad Imperium pervenisse, ex supra dictis fati constat.

II. Pi-

II. Fines regni Burgundici versus Alemanniam non accurate determinari possunt. Quæ partes fuerint regni Cisjurani, perspicui potest ex subscriptionibus Episcoporum, qui concilio, quo *Boso* rex fuit appellatus, interfuerunt. cf. *Mascov. de nexu regni Burg.* Sect. I. §. 3. At quam late patuerit Helvetia Burgundica, non adiunt certa & firma documenta. *Herrgott* in *Geneal. Habsb. Austr.* V. I. Proleg. 7. late istius fines extendit: Accensit illi pagos *Bernensem*, *Solodorensem*, *Friburgensem*, *Lucernensem*, *Silvaniam*, totam *Argoviam*, quin & partem pagi *Tigurini* eam attigisse, demonstrare vult. *Mascovius* cautius mihi argumentari videtur, in cit. *dis.* Sect. I. §. 16. „*In hodiernam Helvetiam, qua excurrerit, magis dubium est. Satis tamen congrue historici Helvetiorum, inprimis Franc. Guillimannus, Arolam, Ursamque limites ponunt. Ubi & altissimus mons S. Gothardo facer est, quem Burgundia fines a Rhaetia ab antiquo separasse, ex diplomate Friderici I. ecclesiae Constantiensi concessio probant. Dubio sane caret, præter Lausannensem ac Sedunensem Episcopatum, loca, quae Friburgensis, Solodurensis & Basileensis pagi hodie tenent, majoremque partem Bernensis, ad hoc regnum pertinuisse. Quae trans Arolam sita sunt, ducatus Alemannici fuerunt, quamvis forte principibus mutuo bello frequenter certantibus, non iidem semper fines manserint.* „ Equidem nunc aliquot exempla afferam, ex quibus intelligi possit, quam difficulter fines regni Burgundici versus Alemanniam sint determinandi. In diplomate, quod *Henricus V.* monasterio *Engelberg* in *Unterwalden* exhibuit, pagus *Zuricowe* ad provinciam Burgundicam refertur: *Tschudius* in *Chron. Helv.* ad an. 1114. allegat diploma, ex quo hæc verba annotavi — quod regum lare monasterium quoddam situm est in provincia scilicet Burgundiae, in Episcopatu Constantiensi, in Pago *Zuricowe* dicto.



„ in Comitatu Zuric, quod ad sanctam Mariam nuncupatum est,
 „ cognomine autem Engelberg. „ Alio loco autem idem Tschu-
 dius V. I. L. I. ad an. 1081. eundem pagum ad ducatum
 Alemannicum refert, ubi verba ipsius hæc sunt: „ über-
 „ gab er in und sinen männlichen Nachkommen die Richstatt Zürich,
 „ samt dem ganzen Zürichgöw, so alles auch im Kreiß des Alamann-
 „ nischen Herzogthums liegt. „ Item in Tschudii Chron. V. E.
 L. II. ad an. 1114 est diploma, in quo situs monasterii
 Murenfisita describitur. „ quod in regno nostro Regulare quod-
 „ dam monasterium situm est in Provincia scilicet Burgundiae in
 „ Episcopatu Constantiensi in Pago Argowe dicto, in Comitatu
 „ Rore, quod Mure nuncupatum est. „ In alio autem diplo-
 mate, quod Wernherus, Episcopus Argentinensis, eidem
 monasterio, ab ipso exstructo, exhibuit, indicari mihi
 videtur, illud ad Imperium fuisse relatum; in fine enina
 diplomatis hæc verba occurrunt: „ Anno ab incarnatione
 „ Domini Millesimo vigesimo septimo, Indictione decima, regnan-
 „ te Conrado Imperatore Augusto, scripta sunt hæc. „ Si mo-
 nasterium Mure ad Burgundiam relatum fuisset, certe
 hanc determinationem inveniremus: regnante Rudolpho
 III. rege Burgundiae: Tum temporis enim adhuc super-
 stes erat. Item totam Uchtlandiam non rite regno Bur-
 gundico annumerari, demonstrant diplomata, ab Impe-
 ratoribus tempore Regis Rudolphi monasterio Paterlingen,
 in Uchtlandia sito, exhibita. cf. diploma Henrici II. ad
 an. 1003, & Conradi II. ad an. 1027 in Tsch. chron. ad
 eosd. annos. Hæc ulterius illustrari possunt per alia
 Tschudii loca, quæ hunc in finem afferam. Ad an. 1020
 hæc habet: „ als dero Ziten noch Ergöw und Uchtland und Un-
 „ derwalden ouch noch zu Burgund gerechnet ward; doch hat der
 „ König von Burgund allein das OberErgöw und Burgdorff in-
 „ ne, ouch das Uchtland Sunggöwe merernteils und andere grosse
 „ Land. „

„ Land. „ *ibid.* „ also verhießen sie ihm einhelliglich zu helfen
 „ und insonders versprochen ihm die Alamannischen Ritter und
 „ Knecht von Alamannischen Landen usf den Waldstetten Uri und
 „ Schweiz, auch von Zürich, Zürichgöw, Türgöw, und einent
 „ Rins Cletgöw, Hegöw und Schwaben noch viel stritbars Volks
 „ umb Besoldung usfzubringen. Also versammelt der Bischof ein
 „ greß Hör von Underwalden, von Lucern aus dem nidern Er-
 „ göw, von Elsaß und Strasburg.

III. In Burgundia jam tempore regum plures fuisse comites, dynaitas, nobilesque, patet ex ista tabula, qua Herrgott. in Geneal. Habsb. comites ante tempora Comitum Habsburgicorum florentes recenset. cf. Schöpf-
 hn in Hist. Zar. Bad. P. I. L. II. c. VII. §. 7. Magnam vero fuisse eorum potentiam, ex historia Rudolphi III & Conradi II. Imp. intelligitur, uti & ex Herrgott. Prol. VII. jam cit.

§. IX.

Ex quo ergo, anno 1032, tota Helvetia cum Imperio conjuncta fuit, regiones istius vel Imperatores ipsi gubernarunt, vel Rectores & Advocatos constituerunt ex arbitrio, vel civitatibus & monasteriis veniam, suos Advocatos eligendi, tribuerunt. Quod Burgundiæ statum attinet, describit eum paucis Schöpf-
 hn in Hist. Z. B. V. I. L. II. c. VII. §. VI. Schweiz, Uri & Unterwalden sine dubio jam his temporibus privilegio suos Advocatos eligendi gaudebant. Aliæ denique regiones, uti jam diximus, ad ducatum Alemannicum relatæ fuerunt.

§. X.

Anno 1097 nova quasi periodus historiae Helveticæ existit, cum Henricus IV. Imp. Bertholdum de Zahringen re-
 gioni



gioni Turicensi præficeret. Memorabilis est locus de hac re in Tschudii Ch. H. V. I. ad an. 1081. „übergab er Im „ und sinen männlichen Nachkommen die Richstatt Zürich, samt „ dem ganzen Zürichgöw, so alles ouch im Kreiß des Alamanni- „ schen Herzogthums liegt — Er gab im die Statt und das Zü- „ richgöw, daß er allda solt haben und bruchen alle Rechtsame, „ so ein Keiser oder König allda ze tun Gewalt gehebt, doch sich „ allein ein Kastvogte allda nützen.“ De hac Advocatia distincte differit Schæpflin in H. Z. B. V. I. p. 77. §. 7. pag. 184. §. 5. Hinc titulum gesserunt Duces de Zähringen : „ Dux Zaringiae, Dei & Imperatorum ac regum dono Judex „ constitutus & Advocatus, quod vulgo Kastvogte dicitur, id est, „ in omne Thuregum imperialem jurisdictionem tenens.

§. XI.

Hanc dignitatem Ducum de Zähringen mox alia est consecuta, cum Lotharius Saxo Imp. anno 1127 Conrado de Zähringen Reftoratum Burgundicum traderet, qui fere XC annos in Zaringorum manibus fuit, & cum illis anno 1218 concidit. Primo continuavit administrationem Burgundiæ Trans- & Cisjuranae, at anno 1156 amisit Bertoldus partem posteriorem secundum transactionem cum Fridérico Barb. & in compensationem tradidit ipsi Cæsar tres civitates Laufannam, Gebennam s. Genevam & Sedunum. Exstincta stirpe Zaringica etiam hic Reftoratus rediit ad Imperium, a quo postea ejus partes subinde avulsæ sunt. cf. Schæpflin H. Z. B. V. I. L. II. pag. 108. 127. 186.

§. XII.

Jam ex hoc satis apparet nexus Helvetiæ totius cum Imperio, nec ad illum demonstrandum pluribus opus esset



esset argumentis. Ut tamen penitioem ejus acquiramus cognitionem, exempla allegabimus, ex quibus possit intelligi, Imperatores omnem potestatem, qua valebant, in Helvetia exercuisse. Sic

I. Imperatores civitatibus & monasteriis privilegia tribuebant & confirmabant: ex. gr. Lotharius Saxo an. 1130 Turicensi Canonicorum Collegio eligendi Præpositum potestatem concessit: Schæpflin H. Z. B. V. I. p. 113. §. X. Idem accidit in Ecclesia Interlaccensi: Schæpflin l. c. §. XI. Multa occurrunt diplomata, quibus privilegia aliorum monasteriorum & capitulorum confirmantur. Ipsi Imperatores sæpissime istorum Advocatiam in se suscepērunt: Exemplo esse potest monasterium Engelberg, cujus Advocatus fuit *Henricus V.* anno 1125. Aut filios aliosve constituerunt: Sic *Fridericus Barb.* filio suo monasterium Seckingenense tuendum dedit, anno 1173. *Richardus* civitatem Turicensē a pœna rursus liberavit, qua eam *Conradinus* affecerat. Mortuo *Bertholdo de Zæhringen*, Advocato Turicensi *Fridericus II.* Imp. civitatem istam in specialem Imperii tutelam recepit, ac jus eligendi senatum transtulit in cives, addiditque urbem ab Imperio nunquam posse sejungi. conf. Schæpflin l. c. pag. 204. Berna & Friburgum anno 1218 in numerum urbium Imperialium a *Friderico II.* recipiebantur, & eximiis privilegiis donabantur. Hinc civitas Friburgensis ipsa suos advocatos & protectores, ex. gr. comites Kiburgicos & Habsburgicos elegit. Civitati quidem Bernensi *Fridericus II.* post mortem *Bertoldi* in suo Imperiique nomine *Ottonem de Ravenspurg* præfecit, qui per annum potestate judiciali ibi uteretur; at an. 1223 ipse eam a regimine horum annuorum præfectorum liberam



ram declaravit, eique concessit, ut ex suis civibus ipsa
 ex eligeret, qui in suo & Imperii nomine regnaret.
 Alia documenta hujus potestatis imperatoriae prætereo.

II. *In dirimendis litibus Imperator sua potestate usus est :*
 ex. gr. in contentione, quæ fuit inter monasterium Ein-
 fideln & civitatem Suicensem, cujus historiam breviter
 exhibet *die Geschichte der Deutschen 3. B. pag. 65.* Civitas Ber-
 nenfis, vexata a Comitibus de Kiburg, rem suam detu-
 lit ad Imperatorem, anno 1230: cf. Tschud. Chron. ad
 h. a. Idem apparet ex historia monasterii Wettingensis,
 cujus jura atque privilegia contra civitatem Uri Impe-
 ratores multum defendebant, uti probant diplomata a
 Tschudio & Herrgotto prolata. cf. *Häberlins Ausz. aus der Allg.*
Welthist. 1. B. p. 781. 799. 801.

III. *Belli temporibus copias educere obstrictæ erant civitates*
Helveticæ. Sic Schæpflin, officia Rectoris Imperialis recen-
 sens, ait: „*Rectores belli temporibus evocati a Rege, copias in*
 „*auxilium ejus duxerunt: ex. gr. Bertoldus IV crebris Frideri-*
 „*ci I. in Italiam expeditionibus interfuit, Et ipse nonnunquam*
 „*Ducis munia obiit.* „ *Hist. Zar. Bad. V. I. pag. 189.* Et
 hoc satis confirmatur relatione Tschudii, quæ ita se ha-
 bet: „*Anno 1159 schrieb (Fridrich) an Berthold von Zaerin-*
 „*gen, daß si schnell ein Heer versamptind, und im zezugind,*
 „*die sumptind sich nit lang, dann Herzog Berchtold mit einer*
 „*guten Anzal guts Kriegsvolks von Waldstetten, Zürich, Tür-*
 „*göw, Ergöw und Uchtland wol gerüst in kurzen Tagen zu Im-*
 „*kamind* „ *in Chron. Helv. ad an. 1159. cf. Stumpf. Chron.*
 „*L. IV. c. 48.* Idem Tschudius refert de tribus civitati-
 bus Uri, Schweiz & Unterwalden, singulas misisse an-
 no 1155 Friderico Barb. ducentos milites, auctore & sua-
 fore ipsorum Advocato, Ulrico de Lenzburg.

§. XIII.



§. XIII.

Ad ulteriorem confirmationem sequentia, ex historicis monumentis eruta, adhuc annotamus. Anno 1199 partes Regis Philippi sequebantur civitates Schweiz Uri & Unterwalden; an. 1209 Rex Otto ipsis Rudolphum de Habsburg præfecit; an. 1234 contentio inter capitulum & cives urbis Solodorenfis auctoritate Regis Henrici dirimebatur; an. 1250 Basilea, Thuregum, Uri, Schweiz & Unterwalden fideles affectæ Friderici Imp. erant; an. 1218 lites inter Comites de Buchek & Ecclesiam Solodurensis iudice legato regio conficiebantur; eodem anno monasterium Interlaccense causam suam cum dynastis de Eschibach ad præfectum Imperialem civitatis Bernensis deferret; an. 1077 Imp. Henricus IV Amadeo de Montferrat magnam partem Helvetiæ tradidit; idem fecit Richardus an. 1263, qui Comiti Petro de Savoyen prædia quædam clientelaria Helvetiæ, defuncto Hermano juniore de Kiburg, commisit. Pari modo Rudolphus Habsburgicus omni imperatoria potestate usus est in Helvetia. Sic civitati Turicensi privilegium concessit, ex quo singuli Rectores Imperiales civitati non nisi biennio præessent, nec quinquennio post ad hanc dignitatem iidem eveherentur: in exstruendo templo in regione Glaronensi confirmationem dedit; privilegia civitatis Uraniæ confirmavit, uti & monasterii Engelberg; Abbatem monasterii Einsidensis dignitate principis insignivit. Cum omnes civitates Helvetiæ sese statim, præter Bernensem, ipsi subiecissent, eam jam 1281, & deinde 1288, 1289, 1291 bellis vexavit & subegit. Cum an. 1291 pluribus civitatibus & monasteriis tributa quædam solvenda imponerentur, etiam civitas Turicensis 1500 besles argenti

C



genti contulit. Eod. an. dedit mandatum quoddam de constituendis iudicibus in civitatibus Schweiz, Uri & Unterwalden, in quo diplomate cives earum vocat *homines liberae conditionis*. Eadem vestigia potestatis Imperatoriae deprehendimus, imperante *Adolpho*, qui (1293) Turicensibus permisit, ut, vacante Imperio, sibi Rectorem eligerent, qui summum jus nomine Imperii exerceret: Sic civitates Schweiz, Uri & Unterwalden, privilegiis ipsarum confirmatis, illi fidem obsequiumque praestiterunt, & Alberto, Duci Austriaco, auxilium ab illis contra *Adolphum* petenti, denegarunt. De his documentis conferri potest *Tschudi* & *Simpfii* chronicon, aliique scriptores historiae Germanicae & Helveticae, quos ut allegem mihi non opus esse videtur.

§. XIV.

Non progredimur ultra tempora *Adolphi*. Jam enim, *Alberto* succedente, nascuntur semina foederis Helvetici, per quod deinde nexus Helveticae cum Imperio Romano-Germanico, quem haecenus demonstravimus, subinde diminutus, tandemque prorsus sublatus est. Cum autem prima origo istius foederis sine dubio citius investiganda veniat, necesse est, ut quaedam ex illis temporibus reperamus, quae jam perquisivimus. Jam crebras invenimus confederationes ante aetatem *Alberti*, quae quidem, ad certum tantum modo tempus, ab his vel illis civitatibus, comitibus & dynastis constituebantur; Sed ex illis tamen *Helvetii* satis cognoverunt, quanta sit utilitas firmae concordiae. Quare nec mirum mihi videtur, quod aetate *Alberti*, qua de ipsorum libertate aliisque privilegiis agebatur, fortioribus societatis & amicitiae vinculis inter se connecterentur, aeternumque foedus spargerent. Ne
tamen

tamen longius a proposito digrediar, omnia a re nostra aliena vel nimis remota negligam, necessaria tantum allegans, historiam que contentionis monasterii Einsidlenfis cum civitate Suicensi, comitumque Kiburgicorum cum Bernensi breviter exponens.

§. XV.

Anno 1110 Abbas monasterii Einsidlenfis quasdam possessiones a Suicensibus repetebat, quas non ad eos sed ad suum monasterium pertinere contendebat: Id quod autem Suicenses firmiter negarunt. Quatuor post annos res tota ad Imp. Henricum V, qui tum Basileæ erat, est delata, qui, cognita causa, sententiam contra Suicenses tulit, cf. dipl. in Tschudii Chron. ad an. 1114. At hi repugnabant, nihilque Abbati cedebant, sed sese antiquissimos istorum honorum possessores exhibebant, & civitatibus Uri & Unterwalden, quibuscum in fœdere decennali erant, suam causam referebant, unde illæ omne auxilium in defendendis eorum juribus pollicebantur. Abbas sæpissime coram Henrico, & successore illius, Conrado III. de violentia hac Suicensium querebatur: Uterque crebriora mandata ad eos misit, & Conradus Argentorati rem totam denuo inquisivit, Abbate & Advocato monasterii, Ulrico de Rappersweil, & legatis Suicensibus eorumque Advocato, Ulrico de Lenzburg, præsentibus, at neque nunc commodis Suicensium servivit, sed sententiam Henrici confirmavit, secundum diploma, in Tschudii Chron. ad an. 1144, & cum nondum mandatis Cæsareis satis facerent, sed se suasque possessiones propriis viribus defendere atque tueri, nec Imperatori aut Imperio, ceu membra illi subjecta, officia præstare decernerent, civitatibus Uri & Unterwalden conjunctionem cum Suicensibus in-



terdixit, aliisque finitimis, Turicensi & Lucernensi, mandavit, ut Abbati contra Suicenses auxilium ferrent, & cum etiam hoc modo nihil efficeretur, sententiam executionis ad versus tres civitates Schweiz, Uri & Unterwalden tulit, uti Hermannus, Episcopus Constantiensis, sententiam excommunicationis. Quo facto magis incitatae omnem nexum Imperii prorsus dissolverunt. Friderico I. regnante ad illud redierunt, qui eas ab omni culpa an. 1152 liberavit, Abbatemque Einsidensem ad concordiam permovit, civitatumque jura & privilegia confirmavit. Felix hujus causae eventus autem cives dictarum regionum ad crebriores confederationes ad duxit, quae quidem tum non nisi ad certum tempus institutae sunt, attamen postea confederationem illam perpetuam conciliarunt.

§. XVI.

Eadem fere vestigia deprehendimus in historia Ber-
nensium, qui an. 1230 a Comite de Kiburg multum vexati multisque damnis affecti auxilium ab Imp. Friderico II petiverunt, nullum autem impetrarunt. Cum deinde, ope Comitis de Savoyen, & foedere, cum Frisingensibus an. 1243. inito, vim Comitis de Kiburg repellerent, & Rudolphus Comes de Habzburg postea Imperator eligeretur, sese ab omni nexu cum Imperio liberare conati sunt. Attamen saepius bellis a Rudolpho filioque Alberto coacti, tandem se subjecerunt.

§. XVII.

Ipse quidem Rudolphus principatum suis filiis in Helvetia erigere tentavit. Jam multae erant ipsi possessiones hereditariae, nunc autem plures ad se traducere studebat. Sic an. 1276. ab Eberhardo, Comite de Burgdorf, omnia, quae

quæ ipsi Friburgi erant, a monasterio Murbacensi Lucernensem civitatem, ab aliisque monasteriis omnia bona, quæ in Turicensi, Uraniensi, Suicensi, Unterwaldensi, Glaronensi regione habebant, ad hortante Filio Alberto, emit: Et sine dubio ulterius fuisset progressus, ipsasque civitates Schweiz, Uri & Unterwalden ad suam dominationem redegisset, nisi citius vitam cum morte commutasset.

§. XVIII.

Interim filius ipsius, *Albertus* Austriacus, paternum hoc consilium, cum ad Imperatoriam dignitatem eveheretur, perducere conatus est. Quare civitates, mente Alberti intellecta, legatos ad eum miserunt, qui confirmationem privilegiorum peterent: Quam vero denegavit, legatos, quasi majoribus negotiis obrutus, dimittens. Cum ergo secundum hanc actionem nihil boni ipsis sperandum esse cognoscerent, fœdus iniverunt, quo se suaque privilegia suamque immedietatem unâ defenderent. Secunda vice an. 1299 ab eo confirmationem privilegiorum petunt, neque tamen earum precibus satisfecit. E contrario ad eas legatos misit an. 1300, qui amice peterent, ut se suæ filiorumque dominationi traderent, nexumque cum Imperio immediatum negligerent: Id quod autem ista uno animo denegant. *Albertus*, ad iram provocatus, vi seu dolo uti decrevit, ut has civitates in suam filiorumque potestatem redigeret: & cum tertia vice per legatum confirmationem privilegiorum & constitutionem summi judicis imperialis peterent, præfecit illis Austriacos judices, Lucernensem & Rottenburgensem. Jam ex hoc, male secum actum esse, & hoc quoque modo *Albertum* eas ad Austriacam conditionem adjecturum esse, bene intellexerunt. Interim



per tres annos tempori serviebant. At multum a præfectis Austriacis vexatæ, qui in judiciis criminalibus nomine Principum Austriacorum sententias ferre videbantur, quasi illorum dominationi jam subjectæ essent, quarta vice an. 1304 ad Albertum miserunt, petentes, ut ipsis præfectum Imperialem constitueret, qui Imperatoris & Imperii nomine jura criminalia agitaret, & ut ipsarum privilegia, a pristinis Imperatoribus donata & sæpissime confirmata, tueretur, respondisse fertur Albertus secundum Tschudium: „*Züchend heim, diewil es dann ja also sin muß, und Ir es also haben wollt, so wollend wir üch Richsvögt geben, und in üwern Landen setzen, dero Gebotten sollend Ir in allen Dingen an unser Statt gehorsam sin, und wa Ir das nit tunt, wellend wirs an üwer Lib und Gut rechen, und sollend alsdann alle üwern Fryheiten verwürckt haben.*” Statim ad eas duos viros ablegavit, quorum atrocita & arrogantia ipsi jam fatis cognita erat. Elegit neque comites neque dynastas, quod ad hoc tempus usque Imperatores observarunt, & duos illis præfecit, cum semper uno rectore uterentur. Ad hæc illis rectoribus mandata dedit, ut nulla clementia, ne in levissimis quidem delictis, in cives dictarum vallium uterentur, sed eos omni modo vexarent. Quibus mandatis largiter uterque, alter Beringer de Landenberg, præfectus in Unterwalden, alter Gester, Urania & Suciæ Rector, satisfecit. Calamitosa est descriptio Tschudii de statu, in quo tunc istæ civitates erant ad an. 1304. Cum autem sævitia Rectorum in dies cresceret, an. 1305 legatos ad Albertum miserunt, qui de crudelitate & violentia illorum quererentur, at nihil auxilii invenerunt. Crudeliores potius se exhibuerunt Rectores, de quo conferri meretur Tschudius: Quare non mirum, tandem quosdam extitisse, qui ad liberandam patriam convenirent, aliosque fœdere & juramento sibi devincirent, &
initio



initio anni 1308 publice praefectos Imperiales expellerent eorum societatem pertinentibus, & castra eorum diruerent: Non mirum, omnes cives foedus decennale pepigisse, ut sibi invicem omnibus facultatibus omni fide assisterent, quatenus non contrarium esset nexui cum Imperio. Hoc facto, Albertus quidem bellum illis inferre decrevit, at prius a *Johanne*, Duce, interemptus est, quam hoc consilium exequi potuit.

§. XIX.

Has turbas, *Alberto* imperante excitas, sequebantur *Henrico VII Imp.* tempora quieta. Hic enim statim an. 1309 legatis harum civitatum diploma edidit, quo *universas libertates, jura, privilegia, gratiarumque largitiones a divorum Romanorum Imperatorum & Regum Praedecessorum liberalitate ipsis donatas & concessas approbavit*: * Insuper quosdam *Suitiae* pagos immedietate donavit, variisque modis commodo *Helvetiorum* servivit. Hinc factum est, ut multi in *Italiam* profecturum comitarentur ex tribus civitatibus, item centum ex *Turicensibus*, & centum ex *Bernensibus*. Principes *Austriaci* ne nunc quidem a consiliis suis destiterunt, sed *Abbatem Einsidlensem* contra *Suicenses* adjuverunt, & *Lucernenses* impetum in *Vallem Silvaniam* facere jusserunt: At semper omnes fortiter resistebant.

§. XX.

Cum, mortuo *Henrico*, *Fridericus Austriacus* & *Ludovicus* *Bavarus* Imperatores eligerentur, hujus partes sunt secuti cives trium *Vallium* & *Bernae* & *Soloduri*. Quare cum *Fridericus* intelligeret, se nulla ratione illas tres civitates ad suas partes permoturum esse, eas an. 1315 proseripfit: *Ludovicus* autem eas ab omni crimine liberarum declaravit.

* Haec verba sunt diplomatis.



claravit. Cum deinde Leopoldus Austriacus in earum regiones irrueret, tandem consecuta est illa victoria celeberrima Morgartensis, quam ista a magnis copiis Austriacis reportarunt. cf. Tschud. Chr. ad an. 1315. Sic tandem nascitur illud fœdus æternum, ex quo tota rerum Helveticarum forma mutata, & confœderatio tredecim civitatum memoratu dignissima subinde exorta est. Quis vero finis istius fœderis fuerit, * & quomodo minime se per illud ab Imperio sejungere tentarint, ** apparet ex literis fœderis, a Tschudio ab initio libri V. & Leibnitio in corpore diplom. P. I. pag. 69. allatis.

§. XXI.

Post hæc Ludovicus Ducibus Austriacis omnia jura, quæ in tribus civitatibus habebant, ademit. conf. Chr. Tschud. l. c. Privilegia istarum confirmavit; Alia, quæ Imp. Albertus in suum suæque familiæ commodum & damnum Imperii instituit, abolevit, regiones possessionesque,

* Hæc verba sunt præcipua: — daß wir darum, daß wir fürsechind und fürkommind die Herte und Strenge des Zites, und wir dester baß mit Fried und mit Gnaden blißen möchten, und wir unser Lib und unser Gut dester baß beschirmen und behalzen möchten, so hand wir uns mit Trüwen und mit Eiden ewiglich und stätiglich zusammen versichert und gebunden, also daß wir bi unsern Trüwen, und bi unseren Eiden gelopt, und gefworen hand einandern zu raten und zu belfen, mit Lib und mit Gut, in unserem Kosten, innerhalb Lands und usserhalb wider alle die, und wider ein jeglicher, der uns, oder unser dekeinem Gwalt oder Unrecht rätte, oder zu wette, an Lib oder an Gute."

** „Es soll aber ein jeglich Mensch, es sig Wib oder, Mann sinem rechten Herren oder seiner rechter Herrschaft glimpflicher und zimlicher Dinsten gehorsam sin, one dien oder dem Herren, der der Ländern dekeines mit Gwalt angreifen wette, oder unrechter Dingen bedöret, denen oder dem soll man diemile enkein Dienst tun, unz daß si mit den Ländern usgerichtet sind."

nesque, quas sibi in Helvetia vi vindicavit, Imperio restituit, civesque trium Vallium a variis oneribus, quæ *Albertus* ipsis imposuerat, liberavit. Cum vero Austriaci nondum cessarent, omnia contra eos concitare, bellisque eos vexare, nec hi sese satis tutos a tot hostibus crederent, nec auxilium a *Ludovico*, qui contra *Fridericum* Anti Cæsarem bella ad huc gessit, illis sperandum esset, inducias, ipso suafore *Ludovico*, cum principibus Austriacis iniverunt, quæ usque ad an. 1323 prolongatæ sunt, quo *Ludovicus* *Fridericum* vicit, captivumque in suam potestatem redegit. Statim hanc victoriam civibus trium Vallium retulit per *Johannem* Comitem de Arberg, quo deinde Rectore Imperiali usi sunt, cf. Chron. Tichud ad an. 1323: *Jura & bona Ducum Austriæ in Vallibus, Swiz, Ura & Uuterwalden sita & posita, an. 1324 iterum ad Imperium devolvit: quibus etiam an. 1327, in Italiam profectus, atque ab illis copias auxiliares nactus, novam privilegiorum confirmationem dedit.*

§. XXII.

An. 1332 confederatio ista ultra fines trium Vallium se extendere cæpit, cum civitas Lucernensis se illius participem reddiderit. Cum enim Lucernenses in bellis Austriacis multos sumtus impendissent, & commercium cum tribus Vallibus jam dudum ex mandato Ducum Austriæ sublatum esset, nunc restitutionem sumtuum libertatemque commercii cum tribus Vallibus petiverunt: Utrumque vero denegarunt Duces. Quare cum illis, insciis invidisque Ducibus, fœdus (primum quidem non nisi ad viginti annos limitatum, deinde vero, cum iratos Ducum animos cognoscerent, perpetuum æternumque) inibant, a quo nunquam, licet multis periculis & incommodis ob-

D noxii



noxii, destiterunt. * cf. Tschud. Chron. ad an. cit. & Leibnitiu corp. diplomat. p. I. pag. 142.

§. XXIII.


Majora anno 1351 incrementa cepit confœderatio Helvetica, cum civitas Turicensis ad eam accederet, cf. Tschud. Chron. ad an. cit. & Leibnitiu Corp. dipl. pag. 189. Sequenti anno civitas Glaronensis & Tugia ad eam se contulerunt. **

§. XXIV.

Utraque civitas Glaronensis & Tugia ad Aufriacorum principum dominationem pertinuit. Glaronenses qui-

* Etiam hic annotamus, quæ supra jam annotavimus, civitates salvis juri-
bus Dominorum hoc fœdus inivisse, uti patet ex his verbis — „*sa-
habend wir die obgenannten von Lucern vorgebezt und ussgelassen dien
hochgebornen unsern Herren den Herzogen von Oesterreich die Rechrungen
und die Dienste die wir Inen durch Rechts run sollend, und In Gerichte
in unser Statt — Und wir die vorgeannten von Uri, von Schwiz und
von Unerwalden habend auch vorgebezt und ussgelassen unserm durchluch-
tigen Herrn dem Kayser und dem heiligen römischen Reich die Rechrung,
die wir Inen run sollent, als wir von alter guter Gewonheit berkommen
sind, on alle Gevârd* „

** Naque nunc ullo modo jura superiorum diminuta aut violata sunt;
in literis Turicensibus — „*Wir die vorgeannten von Zürich habend
uns selber vorgebezt und ussgelassen unsern Herrn den König und dem heil.
römischen Reich die Rechrung, die Wir Inen run sollend, als Wir von alter
guter Gewonheit berkommen sigen, on alle Gevârd — in literis Tu-
giis. — „ Wir die vorgeannten von Zürich, von Lucern, von Zug,
von Ure, von Schwiz und von Unerwalden habend uns selber in dieser
Pündnuß vorgebezt und ussgelassen unsern Herren den König, und dem
heiligen römischen Reich die Rechrungen, die Wir Inen run sollend, al Wir
von alter und guter Gewonheit berkommen sind, on alle Gevârde „ —
— in literis Glaronensibus: — *wir die vorgeannten Eidgenossen gemein-
lich von Zürich, von Ure, von Schwiz, von Unerwalden und von Glarus,
und unser jeglich Statt und Land sunderlich, haben uns selber vorbebezt
und ussgelassen all unser Rechrung, Freyheit und guren Gewonheiten, und
alle Dienst und Rechrung, so unser jeglich Irer Herrschaft billich und durch
Recht run soll, und es von alter herkommen ist* „*



quidem jam dudum confœderatis Helvetiis faverunt, nec unquam aliquid contra eos egerunt, licet ab Austriacis jussi, sed potius jam antea ad partes Suicensium accesserunt: Quare eo libentius in societatem fœderis recepti sunt. Tugii e contrario mandata principum in vexandis Confœderatis semper sunt executi. Cum ergo commercium Turicensium reliquorumque confœderatorum minus tutum per eos, qui in illorum medio siti erant, evaderet, eos ad ipsorum partes cogere decreverunt: Hinc urbem Tugium oppugnarunt, quæ deinde, ab *Alberto Duce Austriæ* derelicta, sese civitatibus confœderatis in societatem fœderis tradidit.

§. XXV.

Anno 1353. nova civitas ad partes confœderatorum ivit, scilicet Bernensis, jam tum potentissima & florentissima: cf. dipl. Tschud. in Chron. ad an. cit. & Leibnitii Corp. dipl. p. I. pag. 196. Jam sæpius dicta observatio etiam hoc loco recurrit, quod salvis juribus Imperatoris & Imperii hæc Bernensium confœderatio fuerit instituta, id quod ex his verbis diplomatis patet: „*Man soll auch wissen, daß, wir die vorgenannten Eidgenossen die von Bern, und auch die Waldstet uns selber vorbehept und ussgelassen habend, dem heiligen römischen Reich die Rechtung, als Wir von alter und guter Gewonheit herkommen sind, one alle Gewährde.* „ Ad hæc annotamus, anno 1365 Bernenses & Soloduranos cives sese æterno fœdere conjunxisse, uti refert Tschudius in Chron. ad an. cit.

§. XXVI.

Quanta opera autem principes Austriaci laborarint, ut hæc confœderationis incrementa, quin totam confœderationem frangerent & abolerent, facile potest intelligi.



Multæ jam civitates, ipsis subjectæ, ad illam accesserant, nulloque modo ab ea sejungi poterant. Accusabant eam, ejusque socias civitates coram Cæsaribus *Ludovico Bava-*ro, qui vero fædus conservatum voluit, & *Carolo IV*, qui tandem ipse, precibus querelisque Alberti permotus, urbem Turicensem oppugnavit, sed, cum testarentur cives, se nunquam officia contra Imperatorem neglexisse nec neglecturos esse, ab omni bello destitit; attamen Lucernensibus, Tugis & Glaronensibus sapissime mandavit, ut ab omni fæderis parte exclusi, ad plenam Austriacorum Ducum dominationem redirent, quod autem nunquam fecerunt. Præterea perpetuis fere bellis civitates socias debilitare & affligere studebant Austriaci, pluresque duces, comites & dynastas ad versus eas movebant, quorum vero copias omnes in illa memorabili pugna apud Sempach an. 1386 fortiter vicerunt, de qua legi potest Tschudii Chronicon. Quare quo magis vexabantur, eo magis crescebant, multis locis Austriacis occupatis, aliisque ipsarum partes sequentibus, quin imo Urania sese an 1362 ab omni jure monasterii Wettingensis redemit, & an. 1394 Glaronenses sese ab omni nexu cum monasterio Seckingenfi liberos immunesque reddiderunt.

§. XXVII.

Ut autem luculentius appareat, nexum Helvetiæ cum Imperio minime dissolutum fuisse hoc fædere, nunc pauca, ad illustrationem facientia, annotabo. Anno 1353 Urania: privilegia confirmavit Carolus IV, &, cum an. 1354 civis Urania: suas possessiones Wettingensi monasterio legaret, id approbavit an. 1362, & 1364 Turicensibus privilegia confirmavit, novaque concessit, id quod etiam *Wenceslaus* an. 1376 & 1379 fecit; & *Rupertus* civitati Basileensi

fileensi an. 1401, & *Sigismundus* an. 1413 & 1414 Bernensi, Turicensi, Soloduranæ & Uraniensi; Cum an. 1337 Furicenses novam Senatus formam constituerent, eam *Ludovicus Bavarus* confirmavit.

§. XXVIII.

Per ætatem *Sigismundi* usque ad an. 1436 res Helvetiorum maxime videbantur florentes: Ipse Imperator eorum confœderationem firmiorem reddidit, potentiamque dilatavit: Privilegia eorum sæpius confirmavit, novisque auxit. * Cum *Fridericus IV.* Dux Austriæ profcriberetur, *Sigismundus* etiam illos, ad occupandas Austriacas in Helvetia possessiones invitavit, quas primo quidem ob pacem, paulo ante cum Auftriacis factam, non invadere audebant, deinde vero ex mandato Imperatorio invadabant. Bernenses & Solodurani omnem Argoviam cum castro Habsburgico sibi sùbjecerunt; reliquæ septem civitates varias urbes, Baden, Bremgarten, Mellingen aliasque. Omnes has regiones *Sigismundus* Helvetiis nomine Imperii possidendas tradidit, cf. *Tschud. P. II. pag. 37, 40, 41, 50.* Ad hæc omnes Helvetios confœderatos ab omni officio, Austriacis principibus præstando, absolvit, Glaronensem civitatem, & Scaphusium, in ordinem urbium Imperialium relatum, illorum dominationi eripuit. cf. *Tsch. Ch. ab init. L. IX. in P. II.* Crebriores jam habuerunt conventus publicos (*Tagsatzungen*) quibus de variis rebus ad statum suum pertinentibus deliberarunt. ** Vel singulæ, vel plures, vel omnes

D 3

* Sic confirmavit privilegia Suiuræ an. 1415, sec. *Tsch. P. II. pag. 2.* Silvanæ eod. an. l. c. p. 25. Basileæ an. 1431, l. c. p. 200. Uranæ an. 1433, l. c. p. 207. Glaronæ eod. an. l. c. p. 208. Suicensibus eod. an. 1433 Advocatiam monasterii Einsidlenensis tribuit, l. c. p. 209.

** Sic refert *Tschudius*, an. 1417 & 1437 Lucernæ, 1418 Turici,



mnes civitates alias regiones in societatem receperunt. Hinc oritur divisio totius reipubl. Helveticæ *in die dreyszehen Cantons und in die zugewandte Orte*, quorum etiam diversa est ratio, eorum, qui vocantur Socii, Affociés, & eorum, qui vocantur Confæderati, Alliés. Denique jam fœdera & pacta cum aliis principibus inire cœperunt, ex. gr. cum Philippo, Duce Mediolanensi an. 1426. V. Tsch. Ch. I. c. p. 167.

§. XXIX.

Post hæc anno 1436 orta sunt duo bella Turicensia, primo quidem cum Suicensibus & Glaronensibus, deinde vero cum omnibus civitatibus confæderatis. Prius bellum describit Tschudius L. XI, posterius L. XII. Austriaci duces, uti & Imperator *Fridericus*, ex illis electus, fatis hac occasione, confæderatos frangendi, illisque provincias Austriacas, quas, *Sigismundo* imperante, occuparunt, recuperandi, usi sunt. Regem Galliæ, principes & comites Germaniæ, aliasque civitates adversus eos excitarunt. Attamen nihil effecerunt. Equidem in describendis fatis confæderatorum in his perturbatis temporibus non ero verbosior, sed ea tantum proferam, quæ ad nexum Helvetiæ cum Imperio necessario observanda sunt. Huc pertinent sequentia :

I. Hel-

1427 Badenæ, 1438 Rapperswili, conventus publicos fuisse habitos. Constitutio rei monetariæ an. 1425 in Tsch. I. c. p. 157. heic non est prætereunda.

*** Receperunt Lucernenses, Uranientes, & Unterwaldenses in perpetuam civitatis societatem an. 1416 partem Valesiæ, Conventum Gomefianum, Sideranum & Sedunensem; an. 1417 Brigianum & Vespianum; item Turicensis præfecturam Sargans an. 1436. V. Tsch. Ch. ad an. cit.

I. Helvetii Imperatorem semper adhuc colebant summum judicem. Hinc Suicenses & Glaronenses anno 1438 Turicenses coram Cæsare Alberto II. de violentia injustitiae in commercio publico accusarunt, atque Albertus eos defendit, cf. Tsch. P. II. pag. 264.

II. Alia jura exercebat *Fridericus*, id quod demonstrat confirmatio privilegiorum, Soloduranis & Uraniensibus data. Adjicimus etiam mandata Imperatoria, a Tschudio P. II. pag. 671, 672 allata, quorum inscriptiones hæ erant: „*Unsern und des Richts lieben getriüwen gemeinen Eydgnoffen von Stetten und Lendern* „

§. XXX.

Crescit tamen etiam sub *Friderico III.* potentia atque auctoritas confæderatorum. Civitas San-Gallensis cum Turicensi, Bernensi, Lucernensi, Suicensi, Tugiensis & Glaronensi anno 1454. æterno fœdere se conjunxit, cf. Tsch. I. c. Tota Turgovia se anno 1464. illarum dominationi subjecit. Scaphusium fœdus per viginti & quinque annos, an. 1454, & Muhlhusium ad quindecim annos cum quibusdam confæderatorum partibus an. 1468. iniverunt. Non prætereundum censeo illud fœdus, quo Comites de Wirtenberg, Ulrichus & Eberhardus, sese anno 1469. ad decem annos cum Helvetiis confæderatis conjunxerunt. Maxime autem memorabilia sunt fœdera illorum cum Regibus Galliae, per literas, a parte Helvetiorum anno 1452, & a parte Caroli VII. anno 1453. datas, confirmata, (cf. Tschud. P. II. pag. 567 sq. & Leibnitii Cor. diplom. P. I. pag. 405.) & a Ludovico XI. anno 1463. renovata (cf. Tsch. I. c. pag. 631. & Leibnit. I. c. pag. 427.) & anno 1470. per alia pacta propter Carolum Ducem Burgundiae



gundiæ corroborata (cf. Tsch. l. c. pag. 711. & Leibnit. l. c. pag. 430.)

Anno 1452. septem priores civitates confæderationis pagum Appenzellensem, qui ex an. 1411 earum partes jam secutus est, in societatem fæderis æterni salvis iuribus Imperii susceperunt. cf. Tsch. l. c. pag. 570.

Quanta autem jam fuerint auctoritate Confæderati, intelligi potest ex titulis & inscriptionibus literarum Mediolanensium, ex gr. „ *Den Großmächtigen, unsern allerliebsten Freunden den Herren von dem Pundt der Eydnossenschaft* cf. Tsch. ad an. 1464 pag. 644. „ *Magnifici ac potentes Domini Domini de Magnifica excelsaque liga, octo partium confederatorum cum suis successoribus, videlicet Domini de Thurego &c.* cf. Tsch. ad an. 1461. pag. 662.

Ea denique omnia, quæ §. XXVIII. annotavimus, etiam hoc loco annotanda occurrunt ex. gr. conventus publici crebriores a Confæderatis habiti sunt, Lucernæ 1454, 1463, 67, 68, 69. Badenæ 1442, Tugii 1440, 1442, Turici 1464, 1469, Rapperswili 1465 & alibi. Quæ in illis in deliberationem venerint, sæpius refert Tschudius plene. Præsertim etiam in illis causas, ortas inter has vel illas partes confæderationis, egerunt & confecerunt.

§. XXXI.

Quod reliquum statum Helvetiæ attinet usque ad an. 1500. memoratu dignissima sunt bella, ab Helvetiis cum Carolo, Duce Burgundiæ, & cum Maximiliano I. gesta. Bellum prius ab an. 1474 ad an. 1477 *Burgundicum ex mandato Imp. Friarici III.* gesserunt. Neque tamen, cum ad pacem ille & Carolus redirent, eos pacis participes reddidit

didit. Quare Carolus bellum cum illis continuavit, sed tribus præliis victus, ultimoque lethaliter vulneratus, an. 1477. morte occubuit. cf. Stumpfius L. XIII. c. 17. 18. 19.

Anno 1499 Maximilianus I. & Suevi fœderati Helvetios bello frangere tentarunt, at semper ab Helvetiis victi fuerant. Cf. Stumpf. L. XIII. c. 23 - 29. Struv. in C. H. G. Per. X. Sect. 3. §. X. sq. *Haberlins Ausz.* 9. B. pag. 152. sq.

§. XXXII.

Quanta vero incrementa ex his duobus bellis auctoritas, potestas, & libertas Confœderatorum ceperit, ex historia totius seculi decimi sexti patet. Jam anno 1481 Solodurum & Friburgum in plenariam societatem fœderis perpetui susceperunt, anno 1501 Basileam & Scaphufium, & anno 1513 Appenzellam. Quo facto status Helvetiæ in eam formam redactus est, in qua nunc floret. Silentio prætereo recensitionem regionum his tredecim Cantonibus adjunctarum. Ea, quæ huc pertinent, facile deprehendimus, in Geographia Helvetiæ, a Büschingio edita. Pergimus potius ad alia.

A tempore finiti belli sub Maximiliano Helvetici subinde nexus Helvetiæ cum Imperio Romano - Germanico dissolutus est; Subinde ab omnibus publicis judiciis Imperii liberi, tandem ad plenariam exemptionem pervenerunt; Liberi, nunquam a Cæsaribus impediti, fœdera junxerunt cum Gallorum Regibus, cum Pontificibus Romanis aliisque principibus; Sæpius Imperio & Imperatori auxiliares copias denegarunt; Ipsos Gallorum reges contra Imperatores adjuverunt. Legatos ad alios principes miserunt, atque ab aliis acceperunt. Suis legibus, suisque institutis vixerunt & floruerunt per seculum decimum sextum; & nulla potestatis Imperatoriæ vestigia amplius deprehendimus. In Comitibus quidem an. 1501 Noribergæ, & an. 1507 Constantiæ habitis de reducenda

E

cenda



cenda ad Imperium Helvetia deliberatum, at nihil effectum fuit. Quæ vero omnia ex bello vix dicto fere derivanda esse, recte affirmat Pütterus in dem Handb. der Reichshist. pag. 467.

§. XXXIII.

Helvetios autem seculo decimo sexto omnimoda libertate usos esse, testantur literarum variaz, de confirmatione libertatis Helvetiorum scriptæ, & a Joh. Jac. Mosero in libello: Die gerettete völlige Souverainete der löblichen Schweizerischen Eidgenossenschaft. Tüb. 1731. editæ, ex quibus sequentia loca ad ulteriorem illustrationem annotanda duximus, ex. gr. ex Lit. B. „Wir mögen aber auch hingegen Euer Excell. und den Herren Wohlmeynlich nicht verhalten, daß gleichwol nicht verlaugnet werden kan, daß die Stadt Basel nun über 140. Jahr in possessione vel quasi omnimodæ Libertatis gewesen, vor ein Glied der Eydgenossenschaft gehalten, und niemalen zu einigen Dienstbarkeiten des Reichs bekanntlich gezogen worden: auch nimmer zu gedenken, daß die Schweizer dergestalt einen Bruch und Eingrif in ihren freyen Stand werden machen lassen „ Ex Lit. C. „Nach aufgerichtetem Cammer-Gericht aber, die Stadt Basel sich sowol wieder das mit dem Kaiserl. Hofgericht allein in der Jurisdiction concurrirendes neues Judicium, als auch wider das Kayserl. Hofgericht bey der erlangten Kayserl. Exemption manutentirt, den jeweilen aufgelassenen Cammergerichtlichen Mandatis, Processibus & sententiis keine Parition geleistet, noch demselben gleich andern Reichs-Ständen, welche unter dessen Jurisdiction begriffen sind, einigen Cammer Gerichts-Unterhalt entrichtet: inmassen dann in der von besagtem Cammer Gericht ohnlängst eingeschickter Verzeichniß aller alten und neuen Exianzen mehr bemeldte Stadt in keinem Anschlag sich befindet „ ex Lit. K. „Wann dann allerhöchste gedachte Kayserl. Majest. befinden, daß besagte gemeine Dreyzehen Ort der Eidgenossenschaft nun so viel lange Zeit und Jahr in possessione vel quasi eines freyen und ausgezogenen Standes gewesen

sen „ ex Lit. P. „ Weilen nun die Sachen erzehler Massen beschaffen und Wir sampt und sonderlichen, so lang wir Uns im Eidgenosslichen Punct erhalten, aussert Gott, keinen andern Richter, als uns selbstn erkannt haben. &c. „ ex Lit: Q. „ daß von Eidgenosslicher Seiten keine neue Exemption vom Reich wäre gesucht worden, sondern vielmehr bey den Herren Kaiserl Plenipotentiariis geklagt worden, daß man wider die so bekannte und weit über Menschen Gedenken hero ruhig besessene Exemption von Kaiserl-Cammer Gericht beschwärt werde „

§. XXXIV.

At quid diutius infisto in recensendis argumentis pro libertate Helvetiorum? Transeamus ad publicam istius confirmationem, pace Westphalica factam. Circa annum 1631 Judicium Camerale Spirense contra quosdam ex tredecim Cantonibus processus non solum decrevit, sed arresta quoque & executiones tentavit. De hac re coram Cæsare jam an 1643 & 1644 queri coeperunt, tandem vero, cum nondum desineret Judicium illud Jurisdictionem in Helvetios exercere, legatum ad Monasteriensem legatorum Cæsareanorum, Gallicorum & Suecicorum conventum an. 1646. demandarunt. Adjuvantibus Gallicis Suecicisque, res eo redacta est, ut an. 1647. Imp. Ferdinandus III. Helvetios ab omni nexu Imperiali liberos declararet, & an. 1648. articulus de exemptione hac publicæ Conventioni Pacificationis infereretur, qui in Instrumento Pacis Osnabrugensi sextus est, in Monasteriensi sexagesimus primus, his verbis:

„ Cum item Cæsarea Majestas ad querelas nomine Civitatis Basileensis & universæ Helvetiæ coram ipsius Plenipotentiariis ad præsentem congressus deputatis super nonnullis Processibus & Mandatis Executivis a Camera Imperiali contra dictam Civitatem aliosque Helvetiorum unitos Cantones eorumque Cives & Subditos emanatis, requisita Ordinum Imperii Sententia & consilio, singulari Decreto

E 2



creto die decimo quarto mensis Maji Anno proxime praeterito declaraverit, praedictam Civitatem Basileam caeterosque Helvetiorum Cantones in possessione vel quasi plenae libertatis & exemptionis ab Imperio esse, ac nullatenus ejusdem Imperii Dicasteriis & Judiciis subiectos, placuit hoc idem publicae huic Pacificationis Conventioni inserere. ratumque & firmum manere, atque idcirco ejusmodi Processus una cum Arrestis eorum occasione quaecumque decretis prorsus cassos & irritos esse debere., cf. I. P. O. Art. XVII §. 10. 11.

Tentati quidem sunt postea novi impetus ab Judicio camerati & quibusdam Imperii membris contra Helvetiorum libertatem, at nihil valuerunt. Qui pleniorum cognitionem de dissolutione vinculi Helvetiae cum Imperio, per pacem Westphalicam confirmata, acquirere cupit, consulat praestantissimum Ill. Joh. Jac. Moseri libellum, jam citatum, & me satis excusatum habebit, quod in hac parte meae differtationis brevitati studuerim.

PEREXIMIO ATQUE PRAESTANTISSIMO
DOMINO AUCTORI RESPONDENTI

S. P. D.
PRAESES.

Qui eam hucusque in Monasteriis atque Academia nostra egisti vitam, ut cum laudabili diligentia in excolendis studiis morum quoque probitatem combinaveris, publicum jam profectum TUORUM Specimen exhibes Dissertatione, TUO solum Marte, elaborata, quam TIBI, ut eam mihi obtulisti, reddo, nullis vel additamentis meis interpolatam vel reformatam mutationibus, ut Lectores, quod TUO in solidum ingenio debetur, TIBI quoque adjudicare queant. Superest, ut egregium hoc eruditionis TUAE documentum, cum honoribus ab Amplissima Facultate Philosophica TIBI proxime conferendis, ex animo TIBI gratuler, atque felicissimum e Philosophicis ad Theologica subfella transitum, prosperrimosque rerum TUARUM omnium successus a Deo, omnium donorum bonorum fonte ac datore, adprecor. Ita Vale, & me, quod facis, amare perge. Dab. d. XII. Aug. MDCCLXXV.



Ks 375^c




VD 18


ULB Halle

3

005 127 36X







DISSERTATIO HISTORICA
DE
SOLUTIONE VINCVLI,
QVOD OLIM FVIT
INTER
SACRVN ROMANVM IMPERIUM
ET
HELVETIAM

QVAM
RECTORE VNIVERSITATIS EBERHARDINÆ CAROLINÆ
MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO DVCE ATQVE DOMINO
DOMINO

CAROLO
DVCE WIRTEMBERGIÆ ET TECCIÆ REGNANTE
PRÆSIDE
LVDOV. JOSEPHO UHLAND

HISTORIARVM PROFESSORE PVBL. ORD. ET ILLVSTRIS
STIPENDII THEOLOGICI EPHORO

PRO RITE OBTINENDO
GRADV MAGISTERII PHILOSOPHICI
DIE AVG. 1775.

PVBLICE DEFENDET
AVCTOR RESPONDENS

JOANNES GEORGIVS HUTTEN
KIRCHO-TECC.

SERENISSIMI STIPENDIARIVS ET LAVREÆ SECVNDÆ CANDIDATVS.

TUBINGÆ TYPIS REISIL.